Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

INCIP II INCIPIENTIA DE ARCA QUE SECUNDUM MANDATUM DI ANDE CONSTRUCTA EST

Disserere primo omnium uidemur: quae de eo secundum litteram referunt. Et quaestiones proponentes: quae obici a quibus plurimis solent. Et cum absolutiones earum ex his quae nobis a maioribus tradita sequimur. Utrum huiusmodi fundamenta iecerimus: ab historiae textu possimus ascendere ad spiritalis intelligentiae mysticum & allegoricum sensum. & siquid in eis arcanum continetur aperire domino nobis uerbi sui scientiam reuelante. Primo igitur haec ipsa quae scriptura sunt proponamus. Et dixit inquit dominus ad noe. Tempus omnis hominis uenit ante me. quoniam impletae sunt terra iniquitatibus abeis. Et ecce ego disperdam illos de terra. Facere tibi arcam de lignis quadratis. & nidos facies in arca. & bitumine ubi ea abimus & foris bitumine. Et sic fecit arcam. Trecentorum cubitorum longitudinem arcae. & quinquaginta cubitorum latitudinem. & tricenta cubitorum altitudinem eius colligens fecit arcam. & in cubito consummabis eam in summo. Ostium autem arcae facies ad latere. & inferiora bicamerata & tricamerata superiora facies eam. & post paucadic. Et fecit inquit noe omnia. quaecumque praecepit ei dominus dicens. sic fecit. Primo ergo quaerit. quale oporteat habitum ipsum. & formam arcae intelligi. Quae ego puto. quantum ex his quae